



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

V. Vtrùm sint etia[m] peccata publica, & antea Sacerdoti nota, eidem  
necessariò confitenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**



*Sintne etiam peccata publica, & ante-  
tea nota Sacerdoti, eidem neces-  
sario confitenda?* *Quæstio*  
V.

*Maximè: Licet enim ea publica sint, & Respõsio.*  
antea Sacerdoti nota, tanquam priuate  
personæ; nõ tamen tanquam Iudici, & ideo  
sunt illi per Confessionem exponenda; præ-  
sertim, quòd cum iudicium de rebus sumen-  
dum fit è suis causis, necessarium est, vt pœ-  
nitens cor suum pandat, vt innotescat, quo  
fine & causis illud fecerit.

*Cum occulta naturæ reuelare, videat-  
tur iuri naturæ esse contrarium, quo-  
modo Confessio occultorum pecca-  
torum, tanquam necessaria ad  
salutem requiritur?* *Quæstio*  
VI.

*Cum seipsum diffamare repugnet nature, Respõsio.*  
nonne etiam Confessio aduersatur na-  
turæ legibus? Nequaquam: Etsi enim dif-  
famatio sui ipsius contra naturam esse vi-  
deatur; non tamen secreta Confessio, quæ  
apud Sacerdotem, non tanquam merum ho-  
minem, sed vt DEI Vicarium deponitur,  
nuncupanda est: Nam peccator sua crimina  
illi committit sub sacri sigilli secreto, quæ,  
scelus est, promulgare.

Adhæc quí potest cum natura pugnare  
E 7 id,